

horizonte proximo hærente, cum, inquam, radiorū effluxus non omnem aeris oram tenet, videbit altiores nubes puniceas, humiliores purpurascentes, humilias autem & terræ proximas, liuentes & atras. Omnes demum nubes, quamvis densitate differentes iam sole supra horizontem existente, uno rubore nitent, uti vespere a rubidine varia ad æqualem obscuritatem, sole iam latitante perueniunt. Quod si Ptolemæus ac Mizzaldus, ille ex antiquis, iste ex recentioribus magistris, tam sunt inepti, quantum alijs credendum erit. Et si in rebus apertis & physico exploratis ijdem cæcutiunt, quid in Cometa videbunt, de cuius natura & causis viri maximi dissenserunt? Mitto Platonem, Aristotelem, Galenum de Cometarum pernicie nihil, quod scimus, disputasse.

**Cap. III.** Sed nolo hominum iudicij pugnare: ad ipsum Ptolemaeum. Etenim proprijs magistri decretis volo scholam Astrologo-Chaldeorum oppugnare. Et si monstram, leuem esse humum ius Ducis doctrinam, quem ipsi nimium colunt, poterunt posthac qui timidi sunt, viso cometa, paulo minus, Deo ac veritate fauentibus, trepidare. Scorpij cometam (suum enim singulis planetis ac Signiferi formis cometam tanquam filium assignat) dicit Ptolemæus, Mizzaldo teste, in occasu pluuias, nonnullis autem siccitates præmonstrare. Nempe, ferendum est, Mathematicos ita docere, unum ac eundem cometam causam esse diluviorum & incendijs, pluuiarum & siccitatium, ignis & aquæ nimiae. Pergit Mizzaldus, Lunares Cometas (audi Ptolemæum) populis & feminis nescio quid malum minari. Rideo, quāquā inuitus. Hoc loco nimirū sapere videtur. Minatur luna Cometa populis & feminis. O miscellum feminarū genus! Populi pars non est femina.

Quis ita vñquam scripsit sanus? quasi vero ex plebe non sint opifices. Sed esto: licet indulgere: Populis & feminis minetur luna. Quid porro? Nescio, dicit Astrologus, quid malit. Iane? His minis mundum deterrent? O nimiam vulgi credulitatem. Sed vere scribunt. Nesciū quid